

*Assumpsit carnem hominis,
 Verbum Patris altissimi, Alleluia.
 Per Gabrielis nunciū,
 Virgo concepit filium, Alleluia.
 De matre natus virgine,
 Sine virili semine, Alleluia.
 Sine serpentis vulnere,
 De nostro venit sanguine, Alleluia.
 In carne nobis similis,
 Peccato sed dissimilis, Alleluia.
 Tanquam sponsus de thalamo,
 Processit matris utero, Alleluia.
 Hic iacet in praesepio,
 Qui regnat sine termino, Alleluia.
 Cognovit bos & asinus,
 Quod puer erat Dominus, Alleluia.
 Et angelus pastoribus,
 Reuelat quis sit Dominus, Alleluia.
 Magi de longē veniunt,
 Aurum, thus, myrrham offerunt, Alleluia.
 Intrantes domum inuicem,
 Natum salutant hominem, Alleluia.
 In hoc natali gaudio,
 Benedicamus Domino, Alleluia.
 Laudetur sancta Trinitas,
 Deo dicamus gratias, Alleluia.*

Gaudete

DISCANTVS.

Audete, gaudete Christus

est natus ex Maria virgine, gaudete.

ALTVS.

Audete, gaudete Christus est natus ex Ma-

ria virgine, gaudete.

TENOR.

Audete, gaudete Christus est natus ex
F Maria